

1600

B. S.

11

CONCLVSIONES IVRIDICAE,  
materiam

SVCCESIONIS LE-  
GITIMAE, SIVE QVAE AB  
INTESTATO DEFERTVR, VNA  
cum discrepantia iuris feudalis à ciuili,  
complectentes:

*Quas*  
DVCE ET AVSPICE CHRISTO.

SVB PRAESIDIO.

DN. HENRICI ANDREAE  
CRANII VVARSTENSIS VVESTPH.  
in inclyta & celeberrima Academia IVLIA,  
quæ est Helmstadij, discutiendas proponit  
& defendendas susci-  
piet

VICTOR RENNERTVS Halberst.

Ad diem 6. Septemb. hora & loco consuetis.

HELMESTADII,  
Excudebat Iacobus Lucius. Anno

CIO. IOC.

32.

VENERANDIS, ET TVM  
GENERIS SPLENDORE AC NO-  
BILITATE, TVM ERVDITIONE  
ac virtute præstantissimis viris  
ac Dominis

DN. JOANNI von Randaw/ METRO-  
POLITANAE ECCLESIAE HALBERSTADEN-  
sis Canonicus ac Thesaurario, simulq;  
D. Pauli præposito:

DN. GEORGIO von Helingk/ COLLE-  
GIATAE ECCLESIAE, QVAE EST AD  
B. virginem Mariam,  
Decano:

*nec non*  
CLARISSIMO, CONSULTISSI-  
MO, MVLTO<sup>QVE</sup> RERVM VSV PRAESTAN-  
sissimo viro, Dn. CHRISTOPHORO LVDERO I. V.  
Doctori, ac præfatae Metropolitanae Ecclesiae  
Sindico dignissimo,

Dominis ac Mecœnatibus suis æternū  
colendis

Hasce suas quales quales iuris studij primitias  
submissæ obseruantia ergo

Offert, dicat & consecrat

Victor Rennertus Resp.



## DE SUCCESSIONE LEGITIMA.

### THESIS I.

**E**nucleatâ primâ successionis specie TESTAMENTARIA; succedit altera *a*, LEGITIMA, siue quæ ab intestato defertur: Tertiam speciem, eam scilicet quæ contra testamentum est, frustra *b* quidam adjiciunt.

*a* iuxta adumbratam methodum Iustin. in §. fin. I. per quas person. cui. acq. *b* arg. l. 17. C. de collat. l. 15. in fin. l. 19. l. 24. de inoff. test. l. 13. C. cod. Dn. præceptor Forsterus lib. 1. de succeß. ab intest. c. 8. 9. 10. Dn. Goedd. ad l. intestatus 64. nu. 5. in fin. de V.S. Dissent. Did. Conar. 4. var. res. 21.n. 2. & 3. & alij quos vide apud Dn. præceptorem Forsterum d. c. 9. & 10.

2. Defertur autem lege immediatè, vnde etiam legitima dicitur *a*: sicubi igitur legitimæ iustæuè successionis fit fætuè mentio, hanc nostram regulariter designari contra quosdam cum Dn. Forstro *b* præceptore nostro obseruando intrepidè dicemus *c*.

*a* l. 1. & 3. de petit. her. t.t. C. de legit. her. Dn. præceptor Forsterus 1. de succeß. 15. *b* d. lib. 1. c. 16. 17. 18. Dn. Goedd. ad l. lege obuenire. 130. n. 5. & seq. de V. S. Dn. Vultei. 1. I. R. 74. n. 1. Donel. 9. Com. 1. Pinel. in l. 2. n. 5. & seqq. C. de bon. mat. *c* per l. 3. §. pen. pro soc. l. 13. l. 17. §. 1. l. 70. de acq. her. l. 8. de petit. her. l. 2. 3. 4. de suis & legit. l. 89. de R. I. l. 28. §. 1. si quis om. caus. test. l. 1. si quis al. test. prohib. Dis. Budens & Costal. ad d. l. 3. pro soc. Alciat. 4. parad. 7. & in d. l. 130. de V. S. vid. Dn. Forster. d. c. 16. ubi nonem diuersas hac de re Dd. sententias collegit & explicat.

3. Neq; tamen statim lege defertur, vt nec quibuslibet; sed tūm demūm; cūm defunctus intestatus deceſſit.

§. 1. §. sui autem. I. h. t. Donel. 9. com. 1.

A 2 Intesta-

4. Intestatus *a* verò variè quis dicitur *b*, etiam is, qui ætate, morbo, interdicto, similiq; causâ impeditus testamentum facere non potuit *c*: Ideoq; pupillos, furiosos & prodigos, quibus pater testamentum non fecit, statutis de intestatis quippiam disponentibus etiam contineri rectius dixerimus *d*.

*a* de qua voce, & quomodo ab intestabili differat vid. Dn. præcept. Forst. 3. de success. 1. & 2. *b* pr. I. h.t. l. intestatus 64. de V. S. ubi Dn. Gædd. n. 4. 6. 7. l. 19. de inoff. test. l. 13. C. eod. l. 17. C. de collat. Dn. Forster. 1. de succ. s. n. 4. & lib. 3. c. 3. *c* l. 1. pr. de suis & legit. *d* l. 36. l. 45. de vulg. & pup. subst. l. 4. qui pet. tut. l. 5. qui test. fac. pos. l. 27. C. de test. l. 10. C. de legi. her. l. 10. pr. de reb. dub. Dn. præc. Forst. 3. de succ. 4. ubi n. 10. multos refert, qui tam docendo, quam consulendo eandem opinionem sint amplexi. Diß. Dd. variè quos pete ex eod. Dn. Forst. d. loc. n. 2. & 13.

5. Quid autem de eo, cuius testam. per querelam inofficiosi testamenti, vel per contra tab. bonor. possessionem evertitur? Hunc testatum non intestatum decedere veri est.

Dn. præcept. Forst. 1. de succ. 9. & 10. Dn. Vultei. ad pr. I. h.t. per. l. vn. §. ita autem. ff. si tab. test. nul. ext. §. sunt autem. I. de bon. poß. l. 4. C. de collat. arg. l. 8. §. 8. de inoff. test. Diß. Accurs. ad §. intestatus. verb. extiterit. I. h. t. add. Myns. ad pr. I. eod.

6. His itaq, præmissis, successionem legitimam definimus *a* hereditatis extra casum vltimæ voluntatis de functi acquisitionem.

*a* cum Dn. Vultei. 1. I. R. c. 74. arg. l. vlt. de suis & legit.

7. Ethæc non in allodialibus tantum, vt Testamentaria *a*; sed & feudalibus *b* locum fortitur.

*a* Ista enim in feudis regulariter locum non habet. c. 1. de succ. feud. c. 1. ibi: quocunq; modo alienare. de prohib. feud. al. per Frid. D. Borch. in suo tract. feud. c. 7. n. 3. VVes. c. 6. Zaf. p. 8. n. 60. Clarus §. feud. q. 40. n. 1. adeò ut nec pro anima quidem, vel in piam causam quis legare poßit. d. c. 1. de prohib. feud. al. per Frid. c. 1. §. donare. qual. olim feud. al. pot. Quod in tantum verum puto, ut nec estimatio fendi debeat, *b*

beatus, per ea, quæ tradit Dn. Borch. c. 8. n. 43. Gail. 2. obs. 154. n. 14.  
Sonß. p. 12. n. 87. Diß. Hostiens. in sum. sua de imm. Eccles. & Specul.  
d. loc. §. nunc aliqua. v. 17. per l. filius fam. 114. §. si quid alicui. de legat. i.  
Quid si feudum nouum sit? De eo consentiente Domino patrem etiam  
in præiudicium liberorum, vel agnatorum, disponere posse, contra alios,  
multis & eruditè probat H. Pist. 2. q. 4. n. 23. 45. & com. ait n. 63.  
adde Dn. Borch. d. c. 7. n. 5. & c. 8. n. 145. & seqq. Diß. Duar. de feud.  
c. 12. n. 17. Sonß. p. 13. n. 102. & seqq. b D. Borch. Myß. Schn. ad  
§. fin. I. per qu. pers. cui. acq.

8. Porrò successionis legitimæ aliquot solent distingui  
ordines seu gradus a, à quibus arcemus affines b, & nutritio-  
res c. An & tutores, si pupillus legitimis heredibus destitu-  
tus deceperit? vtiq; d vel Accursio reluctante e.

a Nou. 118. pr. quos ad dichotomiam artificiosè redegit Dn. Vult. 1.  
I. R. c. 74. b l. 3. l. 7. C. com. de succ. excipe casum l. 5. C. d. t. de  
quo Cuiac. 12. obs. 7. c l. 10. C. d. t. d l. 73. de R. I. confer  
Hottom. 6. obs. 5. e in d. l. 73. & Bald. Ang. Castr. in d. l. 7.

9. Sed hic prius inquirere libet, vtrum in successione  
etiam feudali, graduum computatio ex iure ciuili; an vero  
canonico fieri debeat? prius vt est communius a, ita & ve-  
rius b.

a teste D. Borch. de feud. c. 7. p. 2. n. 86. Dn. Vult. 1. feud. 9. n. 113. Schrad.  
c. 7. n. 12. b arg. c. 1. §. hoc quoq; sciend. de his qui feud. dar. pos.  
iunct. c. 1. in fin. de succ. feud. c. 1. in fin. an ille qui interf. frat. ubi Cui.  
& Eug. Bar. Diß. Hot. in disp. feud. c. 19. & latissimè H. Pist. 2. q. 19.  
n. 8. & seqq.

10. Primus ordo, naturâ & communi parentum voto  
suffragante, est descendantium seu liberorum, tam iure  
feudali a, quam ciuili b.

a c. 1. de succ. frat. c. 1. pr. de succ. feud. b d. N. 118. in fin. pr.  
l. 7. de bon. dam. l. 15. de inoff. test.

11. Naturales igitur & legitimi simul tam emancipati,  
quam sui a, tam nascituri, quam nati b primi gradus in ca-  
pita, secundi verò & ulterioris, siue soli sint, siue cum filijs

A 3 concur-

concurrant, in stirpes succedunt, idq; iure repræsentationis c.

a d. N. 118. c. 1. ibi: nulla introducenda differentia. olim secus erat.  
§. 9. I. h. t. Dn. Vult. 1. feud. 9. n. 89. subdubitat Sonsb. de feud. p. 9. n. 59.  
cui rationem dubitandi eximit VVes. de feud. c. 6. n. 9. b. §. 8. I. h. t.  
Dn. Vult. d. loc. n. 87. & seq. c d. N. 118. c. 1. Dn. Forst. 4. de succ. 12. & seq.

12. Sed quousq; ius illud repræsentationis se porrigat,  
dubio non caret? Nos indescendente linea in infinitum il-  
lud extendendum esse statuimus.

d. N. 118. c. 1. v. in hoc n. ordine. Dn. præcept. Forst. 4. de succ. 12. n. 2.  
ubi prolixè disputat in utramq; partem, & n. 6. hanc sent. ut veriorem  
& communiorem pronunciat. add. Dn. Vult. 1. I. R. 74. n. 2. H. Pist.  
2. q. 19. n. 4. ubi Dis.

13. Idq; non solum in successionis materia, sed & statu-  
tis locum habere cum Dn. præceptore Forstero a defendere  
enitemur b.

a lib. 4. de succ. 14. n. 17. & seq. ubi in eand. sententiam multos Dd.  
allegat, quos etiam sequitur Dn. Borch. de gradib. pag. (michi) 170. H.  
Pist. 2. q. 43. n. 17. b per ea, quæ tradit Dn. Forst. d. lo. n. 18. in  
in fin. Dis. vide ibid. n. 17.

14. Elegans hic oritur quæstio, an ij, qui ex iustâ causâ  
exhereditati sunt, in feudis nihilominus succedant? Sunt qui  
indistinctè affirmant a: Nos, si feudum tale sit, quod filius  
habere non potest, nisi simul & heres patris sit, negatiuam  
cum D. Borch c. modestè tutabimur c.

a Dn. Vult. 1. feud. 9. n. 96. 70. & seq. per c. 1. de succ. feud. c. 1. de prohib.  
feud. al. per Frid. c. 1. §. donare, qual. ol. feud. al. pot. Sonsb. p. 9. n. 61.  
b d. c. 7. n. 61. And. de Isern. in d. c. 1. pr. de succ. feud. VVes. c. 16. n. 9.  
c per c. 1. an agn. vel fil. def. c. 1. §. 2. vers. predictis modis, quæ fuit  
prim. caus. bon. amit. & argt. eorum, quæ tradit Dn. Vult. d. loc. n. 114.

15. Succedunt autem liberi in vtroq; bonorum genere  
partibus semper æquis a: non attento, quod fortè in allo-  
dialibus inæqualiter sint instituti b: Nisi feudum regale sit,  
quod ad solum primogenitum deuoluitur c.

a c. 1.

a c. i. §. 1. in fin. de his qui feud. dar. pos, c. i. pr. de succ. feud. Gail. e.  
obs. 116. n. 10. b d. c. i. de succ. feud. Dn. Vult. d. c. 9. n. 100. D. Borch.  
d. c. 7. n. 4. Couarr. 2. var. res. 18. n. 5. c c. i. §. firmiter. vers. pra-  
terea de prohib. feud. al. per Frid. D. Borch. d. loc. n. 41. & seqq. Gail.  
2. obs. 153. vide Dn. Vult. d. loc. n. 99. ubi hoc in Germania hodie non  
usquequaq; obseruari testatur.

16. Quo casu antiqua, nobilis ac planè heroica subori-  
tur concertatio, vter ex duobus filijs, quorum alter ante re-  
galem dignitatem, siue adeptum à patre regnum; alter ve-  
rò post illud in hanc lucem editus est, parenti in regno illo  
succedere debeat? Et hīc quoq; ei, quem naturæ felicitas  
& priuilegium ætatis primum fecit, successionem deberi  
cum Dn. præcept. Forstero a, concludimus b,

a lib. 4. de succ. 24 n. 36. & seqq. Hott. ill. q. 2. Myns. 3. obs. 23. Gail.  
d. loc. n. 2. 3. b l. 5. de senator. l. 2. §. in filijs ff. de decur. Dis.  
Schenck. Baro. 1. feud. 14. n. 16 & variè vary, de quibus Dn. Forst. d.  
loc. n. 29. & seqq.

17. Huius occasione momentosâ quoq; dubietate dis-  
putatur, an etiam primogeniti mortui filius, iure primige-  
niorum sit præferendus patruo secundo genito? Baldus &  
alij a hunc nodum, qui tot excelsa hominum ingenia fati-  
gārit, Apollini dissoluendum relinquunt: Nos affirmati-  
uam astruimus b.

a in l. cum in antiquioribus 19. C. de iur. delib. b Myns. d. obs. 23.  
Hottom, ill. q. 3. diffusius Tiraq. in tr. de primog. q. 40. n. 12. Schenck.  
Baro. d. c. 14. n. 14. confer. Dn. Forst. lib. 4. c. 14. n. 13. Fachin. 6. contr.  
iur. 2. Dis. Cuiac. 2. feud. 11. & alij, quos vide apud dd. Dd.

18. Ceterum licet de iure nostro sexus discrimin ces-  
set a: interdum tamen filiæ vel statuto b, vel renunciatione  
iuratō factâ c excluduntur, ad quam, vt dotem acceperint,  
præcisè semper requiri quidam d ajunt; sed sine ratione e.

a N. 18. c. 4. Auth. in successione. C. de collat. l. 4. C. de lib. præt.  
l. 11. C. fam. ercij. b Dn. Forst. 4. succ. 24. n. 1. & seqq. Gail 2. obs. 122.  
n. 10. & Dd. com. in §. ceterum, I. de legit. agn. tut. c Dn. Forst.  
d. loc. n. 10.

d.lo.n.10. & Dd.ad.c. quamvis de pact. in 6. & c. contingat, de iurei.  
in 6. d Gail. 2. obs. 147. n. 13. Sichard. ad l. 3. n. 8. C. de collat.  
e Vide Conar. in d.c. quamvis p.3. §.2. n.7. & ibid. Diß.

19. Vnde illud pullulascit dubium, an filiæ ante parentes, quorum hereditati renunciauit, defunctæ renunciatio liberis relictis præiudicet? Negatiæ subscribimus.

Conar. d.lo. n.4. & fin. Tiraq. d.q. 40. n.117. communem ait VVes. tom. I.  
consil. II. n. 2. 3. & 14. Diß. vide ibid.

20. De iure verò feudali fœminæ regulariter à successione arcentur a, adeò ut de masculis ex illis descententibus idem sit iudicium b.

a c.1. in fin. de feud. March. c.1. §. hoc autem, de his qui feud. dar. poss.  
c.1. quom. feud. ad fil. pert. Dn. Forst. d. lib. 4. c.23. n.48. Dn. Vult. 1. feud.  
9. n.25. Myns. 6. obs. 110. n.9. b Dn. Forst. d. loc. Dn. Vult. d. lo. n.26.  
& 1. feud. 4. n.2. & 3. D. Borch. d. tr. c.1. n.19. Pist. 2. q.34. n.5. & seqq.  
Sonß. p. 9. n. 120. Diß. Clar. §. feudum. q. 73. n. 1. glof. in d. §. hoc  
autem, in verb. à successione feudi.

21. Quid si feudum alicui & ipsius heredibus a, vel descendantibus b, vel liberis c, concessum sit? idem est.

a Dn. Vult. d. c.9. n. 28. Gail. 2. obs. 159. n. 1. Pist. d. q. 34. n. 2.  
b Dn. Vult. n. 31. ubi plures allegat, quibus adde Schrad. p. 7. c. 4.  
n.37. ubi hoc verius ait. c Dn. Vult. d. loc. n. 32. Schrad. d. loc.  
n. 40. ubi Diß.

22. Quid ergò si fœminæ militiæ sint deditæ, armis rebusq; militaribus assuetæ? adhuc idem dicendum b, licet non desint, qui reluctentur c.

a ut de Hippocratea uxore Regis Mithridatis legitur apud Valer.  
Max. de amore coniugali lib. 4. c.6. b cum Dn. Vult. d. c.9. n.33.  
ubi com. ait cum H. Pist. d.q. 34. n.3. c Aquila Feudist. And. de  
Isern. in c. 1. §. hoc autem, in fin. de succ. feud. & alij, quos allegat.  
Schrad. sup. d. loc.

23. Interdum tamen & fœminæ ad successionem feudi admittuntur, vtputa ex consuetudine, eaq; vel generali aliqui prouinciæ a, quæ omnino attendenda b, potissimum  
verò

verò in feudis Ecclesiasticis ex curuo baculo dependentibus,

a Dn. Forst. 4. de succ. 23. n. 56. D. Borch. d. c. 7. n. 67. Dn. Vultei. d. c. 9. n. 48. Dn. Gædd. disp. feud. 7. th. 11. lit. D. b per c. 1. §. filij si de feud. def. cont. c. 1. ibi secundum usum regni. an marit. succ. ux. c. 1. v. legum autem Rom. de feud. cogn. c. 1. §. hoc quoq. de his qui feud. dar. pos. c Germanes Krumstäbische / vel, vom krummen Stab herru- rende lehen / Dn. Vultei. d. c. 9. n. 48. vers. hic prætinet questio.

24. Vel ex consuetudine speciali certæ alicuius familiæ a, etiam iurisdictione carentis b, vel tenore inuestitu- ræ c, fœminas quoq; admitti constat.

a Dn. Forst. d. lib. 4. c. 23. n. 56. & ibi alleg. b Schrad. p. 7. c. 4. n. 14. Curt. p. 3. memb. 1. n. 10. 11. c c. 1. §. fin. de succ. feud. c. 1. §. hoc autem de his qui feud. dar. pos. c. 1. vers. ad filias. de succ. frat. Dn. Forst. d. c. 23. n. 50. Dn. Vult. d. c. 9. n. 47. Et tenorem inuestituræ omni feudorum naturâ potiorem esse, ait Gail. 2. obf. 50. n. 15. & 2. de pac. pub. c. 13. n. 5.

25. Idem in feudo fœmineo a, & conditionato b. Quid si feudum francum sit? In eo etiam sine speciali pacto c, fœminas quoq; succedere, cum Dn. præceptore Forstro d contra quosdam e defendere conabimur.

a Germanis Weiber oder Kuntellehen/ Rosenth. in tr. nouis. c. 2. concl. 6. 7. Quid iuris in feudo, quod à fœmina concessum est masculo? fœmi- ninum non est, ideoq; nec fœmina in eo succendent, Dn. Vult. d. c. 9. n. 40. in fin. Dis. præter alios Intriglio. q. feud. 28. n. 49. & alij per l. plenum. §. equitis. ff. de usu & hab. l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Sc. Treb. b ad certum seruitium concessso, quod non minus commode, honestè, ac decen- ter per fœminam præstari potest, atq; per masculum c. 1. §. præterea. Quid sit inuestitura. vid. Ros. in Syn. feud. c. 7. q. 36. lit. C. c c. 1. pr. cas. quib. fœm. in feud. succ. c. 1. vers. ad filias verò de succ. frat. Dn. Vult. d. loc. n. 41. d d. lib. 4. c. 23. n. 52. Dn. Vult. d. loc. adde Fachin. 7. cont. iur. 39. ubi. Dis. e Schneid. p. 6. hic n. 18. 19. Duar. c. 10. n. 7. Schrad. p. 7. c. 4. n. 11. Zaf. p. 8. n. 44. Curt. Iun. p. 3. memb. 1. n. 5. ubi tamen addit se mulrum dubitare.

26. Quid si feudum sit emptum? in hac quæstione ita va-

B rianç

riant Dd. vt, meo iudicio, facilius sit Nili originem inuenire, quam huius quæstionis decisionem: Nobis igitur hoc casu regulæ iuris feudalismi a insistere tuitius. b

a quam vide sup. th. 20. lit. A. b cum Dn. Vultei. d. c. 9. n. 44. D. Borch. d. c. 7. n. 65. Myns. s. obs. 73. qui ita in Camera imperiali iudicatum esse testatur. Diß. præter alios Gail. 2. obs. 159. n. 5. qui non minus quam Myns. hanc suam opinionem in Camera iudicando receperat esse dicit, quorum testimonia in speciem contraria quomodo conciliari possint, ostendit Dn. Vultei. d. loc.

27. Sed quid dicemus, si feudum alicui concessum sit pro se & heredibus quibuscunq;? Hic iuris articulus, cùm (attestante Molinæo) tantis opinionum fluctibus sit obrutus, vt quò magis quis legat, eò magis se confundat, malim & híc regulæ inniti.

Cum Dn. Vult. d. c. 9. n. 29. in fin. Schenck. Baro. ad c. 1. §. donare. Qual. ol. feud. al. pot. Diß. H. Pift. 2. q. 1. n. 39. vers. contrarium tamen. Schrad. p. 7. c. 3. n. 1. hanc com. ait Soar. in thes. recept. sent. lit. F. n. 99.

28. Si verò feudum concedatur Titio, eiusq; heredibus masculis, & his defientibus, fœminis: a aut verò Titio, eiusq; heredib; masculis & fœminis b: fœminas quoq; sed non nisi masculis defientibus, ad successionem admittimus c.

a c. 1. de eo qui sibi vel her. ubi Dd. com. b c. 1. §. quin etiam. Episco. vel Abb. &c. c. 1. §. fin. de succ. feud. D. Borch. d. c. 7. n. 66. Zaf. p. 8. n. 45. per. l. Gallus. §. quidam recte ff. de lib. & post. c copula. n. E T, hoc loco ordinem successionum, non æqualitatem denotat, teste Dn. Forst. 3. de succ. 19. Myns. s. obs. 74. n. 3. quos vide & ibid. Diß.

29. Id quod, contra alios a, cum Dn. Forst. b obtainere quoq; putamus, etiam si quis pro se & vtriusq; sexus heredibus feudum acquisiuile probetur.

a Quos vid. ap. Dn. Vult. d. c. 9. n. 49. b d. lib. 3. c. 19. n. 14. Curt. p. 3. n. 19. vers. decimo septimo, quem sequitur H. Pift. 2. q. 35. n. 16.

30. De eo autem obscurior paulò concertatio est, si quis feudum acquisierit pro se & heredibus masculis, simul cum fœminis, vtrum fœmine, ordine feudalis successio non atten-

to,

to, vna cum masculis succedant? Quod negandum putamus.

Cum Dn. Forst. d. lib. 3. c. 19. n. 16. & seq. Dn. Vultei. d. c. 9. n. 49.  
Schneid. p. 6. n. 39. Curt. p. 3. n. 18. vers. hanc limitatiorem. Dis.  
H. Pist. 2. q. 35. n. 29. & seq. Schrad. p. 7. c. 4. n. 75. & seq. Clar. q.  
73. n. 4. per c. 1. de duob. fratr. c. 1. §. filia. de succ. feud. c. 1. §. f. per quos  
fiat inuest. c. 1. de feud. non hab. prop. nat. add. arg. l. 7 & 8 ff. de usuf. accres.  
Sed sciant, copulam E T, vel ei equipollentem, non sensum, sed verba  
copulare, ordinemq; insinuare successiuum, teste Myns. s. obs. 74. n. 3.

31. Quid igitur, si feudum ex huiusmodi pacto, non ex-  
stantibus masculis, ad foeminam peruererit, eaque mortuâ,  
inter liberos relictos, puta filium & filiam, de successione  
controversia sit? Hic soli filio, filiae exclusâ, iura fauent.

c. 1. de eo qui sibi vel her. suis &c. Semper enim feudi origo, quasi prima  
scaturigo contemplanda, nec respiciendum, quo tramite, quoque alioeo  
hoc postea promanare coperit, ut declarant Interpp. ad d. c. 1. Quos re-  
fert & sequitur H. Pist. d. q. 35. n. 4. & 34. n. 11. Dn. Vult. d. c. 9. n.  
49. fol. (mibi) 430.

32. Immò in tantum hoc procedere putamus, vt etiam  
foeminam in proximiori gradu lineaë descendentis existen-  
tem, à masculo gradus remotioris in linea collaterali, à feu-  
di successione excludi affirmemus.

argt. c. 1. ibi: Ex eo qui primo &c. de eo qui sibi vel her. suis &c. ubi  
Aluarot. n. 17. Add. c. 1. §. similiter. de capitani. qui cur. vend. c. 1.  
§. Quin etiam. Episc. vel Abb. c. 1. §. filia. de succ. feud. H. Pist. d. q. 35.  
n. 5. & 7. Dis. Sonsb. p. 9. n. 743. Quem refutat Fach. 7. contr. iur. 44.

33. Masculus autem postea natus, an faciat, vt foemina  
à feudo iam legitimè acquisito discedere cogatur, ambigi-  
tur? Quidam affirmatiuam tam in conscientiæ, quam iu-  
ris decreto, veriorem autumant a, à quibus discentimus b.

a Glos. in d. c. 1. de eo qui sibi &c. ubi Lauden. n. 22. Afflict. n. 12.  
Jacob. de S. Georg. in verb. & foeminis. n. 17. b cum Dn. Vult. d.  
c. 9. n. 49. v. quid autem &c. ubi tamen uno casu contrariam opinio-  
nem locum habere ait, si nimis. Vasallus defunctus nullum mas-  
culum, uxorem tamè prægnantem reliquerit, & illa postea pepererit. Ad' e  
Sonsb. d. p. 9. n. 140. And. Fach. 7. contra. iur. 41. B 2 Quid

34. Quid igitur, si fœmina huiusmodi casibus semel per existentiam masculi à successione exclusa sit, num perpetuò exclusa censebitur? Affirmant Dd. vulgò a. Nobis negatiua magis arridet b.

a Gail. 2. obs. 148. n. 1. Schrad. d. p. 7. c. 4. n. 83. Duar. c. 10. n. 12. Zas. p. 8. n. 58. Menoch. consil. 400. n. 13. vol. 4. Exceptis duobus casibus. 1. Si filius post obitum patris illico (quod infra octiduum restrin- gunt) moriatur, aut alio modo ad successionem non veniat. 2. Si in in- uestiturā expressum sit, ut donec vel quamdiu masculus superesset, fœ- mina non succederet. Gail. & Dd. dd. loc. Curt. Iun. de feud. p. 3. membr. 1. n. 32. & alij quām plurimi, quos refert D. Borch. d. c. 7. n. 39. b per ea, qua traduntur ab H. Pist. 2. q. 36. n. 11. VVes. c. 6. Sonsb. p. 9. n. 130. & seqq. ubi hanc cū equitati, tūm rationi, & voluntati maximè contrahentium, ipsisq; feudorum consuetudinibus prorsus con-uenire quasi ad oculum demonstrat. Et secundum eandem sent. Colle- gium Ictorum in Academia Marpurgensi aliquoties respondisse testa- tur Dn. Vultei. d. c. 9. n. 52. add. Myns. 5. obs. 74. n. 9.

35. Clericos & Monachos in allodialibus succedere in- dubium est a: an & in feudis? Hic, quot capita, tot senten- tentiæ, ait Laurentius Syluanus b. Nos negantibus ad- sistimus c.

a l. 56. §. 1. & auth. presbyteros. C. de Episc. & Cler. b lib. 1. consil. 3. n. 52. quas omnes in tres principales opiniones reducit Myns. 5. obs. 48. & ipse negatiuam, ut veriorem magisq; communem, cum Ca- meralibus sequitur. n. 8. c c. 1. §. ex hoc. de feud. fœm. c. 1. de Vas- mil. qui arm. bell. dep. c. 1. §. qui Clericus. Si de feud. contr. int. dom. & agn. c. 1. ext. ne Cler. vel Monach. c. placuit. 21. q. 3. adde c. te qui- dem. 11. q. 1. Idem in foro Saxon. obseruari ait H. Pist. 2. q. 33. n. 12. exc. 2. Lehenrecht / ubi disertis verbis dicitur, Pfaffen sollen Lehen- recht darben/ Spec. Saxon. lib. 1. art. 25.

36. Porrò iure veteri nepos in potestate retentus patri suo emancipato in successione coniungebatur a: Hodie ne- potem à patre etiam emancipato excludi verius est b.

a r. s. de coniung. cum emanc. lib. 2. b Non. 118. c. 1. Donel. 9. com. 2.

com. 2. Dis. Cuiac. ad l. f. de lib. & poß. Grad. d. Nou. 118. pr. vide  
Dn. Forst. 1. de succ. 12. n. 9. & c. 13. n. 2. & lib. 8. c. 9. n. 6. Dn. Vulci.  
1. feud. 9. n. 89.

37. Et hæc quidem, si ex uno & eodem matrimonio liberi sint suscepti, ita obtinent: Quid si ex diuersis? Hos, nisi pactis dotalibus aliud caatum fuerit, in feudis quoque parentibus succedere planum est.

c. 1. de fil. nat. ex matr. & c. 1. §. filij. Si de feud. defun. content. & c.  
vid. D. Borch. d. c. 7. n. 56. Sonsb. p. 9. n. 50. ubi contraria diluit.

38. In allodialibus verò liberi ex diuersis matrimonij procreati, communi parenti semper æqualiter; diuersis separatim & distinctè succedunt: nisi pactum de vnione prolium interuenerit b.

a. l. 3. 4. & 5. C. de secund. nupt. Dn. Forst. 4. de succ. 16. n. 4. in fin.  
ubi idem Saxonum iure receptum ait, per gloss. Landrecht lib. 1. art. 21.  
Neme auch ein Man zwenz Weiber / vnd gewinner Kinder mit beh-  
den / Die ersten Kinder nemen ihrer Mutter mitgabe / gegen ihrem  
Vatter/ vnd gegen einem jeglichen. b. Gail. 2. obs. 125. qui dulutis  
contrarijs, hanc in Cam. confirmatam ait n. 7.

39. Legitimos per subsequens matrimonium per omnia naturalibus & legitimis simùl annumeramus a; etiam si vel in mortis ferè articulo sit contractum b, vel aliud quodam intermedium intercesserit c. Imò & nepotem defuncto patre, hoc modo legitimari putarem d.

a. l. 5. 6. 7. C. de natural. lib. N. 12. c. fin. in fin. c. tanta. qui filij  
sint legit. Dn. Forst. 6. de succ. 20. 21. 28. 29. b. Dn. Forst. d. lib. 6.  
c. 22. D. Borch. de grad. c. de succ. lib. per subseq. matr. legit. Couar.  
de matrim. p. 2. c. 8. §. 2. n. 10. Gail. 2. obs. 141. n. 8. & ibid. Dis.  
c. arg. c. tanta. qui fil. sint legit. Nou. 74. c. 1. N. 89. c. 2. Dn. Forst.  
6. de succ. 23. ubi late disputat in utramq. partem. cui add. D. Borch.  
de feud. c. 7. n. 49. Tiroq. de primog. q. 34. n. 2. Sonsb. p. 9. n. 71.  
d. cum Couar. p. 2. sponsal. 8. §. 2. n. 19. contra Gail. 2. obs. 141. n. 9.  
Alc. 3. parad. 16.

40. Quinimò in tantum iura legitimorum consequuntur

tur, ut etiam sub statuto fœminas, extantibus masculis legitime natis, excludente contineantur a.

a Dn. præceptor Forst. 6. de succ. 29. n. 15. quem sequitur D. Borch. de grad. c. de succ. lib. per subs. matr. leg. Gail. 2. obs. 141. Conar. d. loc. n. 29. Dis. Dd. varie, quos vide apud Dn. Forst d. loc.

41. Verum, an ius primigeniorum transferat hæc legitimatio, non parui effectus est controuersia? Nos, si fratribus legitimi natuitatem antecedat, affirmamus: Si sequatur, diuersum cum Dn. præceptore Forstro a dicere verius est b.

a lib. 6. c. 24. ubi hanc sent. XII. firmissimis rationibus adstruit. Add. Gail. 2. obs. 141. n. 3. Costal. ad l. II. in fin. qui pot. in pign. hab. Dis. Conar. d. lo. n. 35. u. verum hæc. Vasq. de succ. progr. §. 2. n. 89. & alij quos refert Tyraq. d. q. 34. b ne colore q. legitimatio ad tempus natuitatis retrotrahatur. Nec fictione (quæ nunquam fit retro, si aquitas aduersatur) ins alteri quesitum proterendum. vid. Non. 89. c. 8. Non. 12. c. fin. c. 1. de sponsal. impub. lib. 6.

42. Hic vltierius non incommodè quæri potest, an filius hoc remedio inuitus legitimari possit? Ita quidam a censem: Nos negatiuam adstruentibus accedimus b,

a Sarmient. I. select. Interpp. 8. n. 1. & seq. Dialect. 6. de arte testandi 18. & alij quos refert Menoch. consil. 19. n. 2. & 16. b firmâ ratione text. in Non. 89. c. 11. Landens. de legit. n. 160. Adde Tyraq. de nobil. 6. n. 41. Conar. d. loc.

43. Quid autem, si quis feudum acceperit pro se & legitime natis filijs, Vor sich vnd seine eheliche geborne Manliche Leib's lehenserben, num & legitimati per subsequens matrimonium in eo succendent? Et quamuis theoretâ veritate inspectâ a, illud negandum videatur: Feudistæ tamen communiter affirmant b, à quibus non facile recedimus c.

a c. I. §. naturales. si de feud. def. contr. &c. b Euangelista Feudistarum Andr. de Isern. ad d. §. naturalis. & ibid. Tab. de Beluiso. Laud. & Ff. com. c Dn. Forst. d. lib. 6. c. 29. D. Borch. d. c. 7. n. 51. H. Pistor. 2. q. 41. n. 1. & seqq. Tyraq. d. 34. n. 54. Moz. de feud.

n. 93.

n. 93. V'Ves. c. 6. n. 9. Myns. 5. obs. 42. Gail. d. lo. n. 2. clar. q. 82. n. 5.  
Conar. d. lo. n. 33. aliter Cuiac. 4. feud. 12. Diß. Sonsb. p. 9. n. 72. quem  
sequitur Dn. Vultei. 1. feud. 9. n. 93. in fin. & ibid. allegati

44. Legitimos per rescriptum Principis, etiam cum fi-  
lijs ex iusto matrimonio susceptis concurrentes, patri qui-  
dem succedere a, non tamen verè legitimos esse putarem b.

a cum Dn. præceptore Forst. d. lib. 6. c. 38. & c. 37. n. 27. Gail. 2. obs.  
140. n. 4. Dn. Vult. 1. I. R. 23. n. 16. D. Borch. d. grad. fol. (mibi) 195.  
Diß. Schneid. d. succ. fil. nat. & legit. simul. n. 9. argt l. 2. §. si quis à  
principe. ff. ne quid in loc. publ. & Neu. 89. c. 6. Myns. 1. obs. 35.

b per ea quæ tradit idem Dn. Forst. d. lib. 6. c. 37. ubi late & elegan-  
ter de huius legitimationis effectu dissertat in utramq; partem, & à n. 2.  
vsg; ad n. 28. pro affirmativa 12. pro negativa 13. argumenta collegit &  
explicat: tandem n. 27. distinguendo litem dirimit.

45. Vnde controvèrtitur, an liberi ita legitimati, vigo-  
re statuti fœminas existentibus masculis legitimè natis ex-  
cludentis filiabus sint præferendi? Quod cum Camerali-  
bus negandum censemus.

Myns. 3. obs. 26. Gail. 2. obs. 140. Quos sequitur D. Borch. d. loc.  
Tyraq. ad l. si unquam. in verb. suscepit liberos C. de renoc. donat. No-  
uissimè Fachin. 6. contr. iur. 1. Diß. Menoch. 3. præsumt. 39. n. 3. &  
confil. 227. n. 38. & conf. 266. n. 9. lib. 3.

46. Illud igitur, an in præiudicium liberorum legitimò-  
rum & naturalium simul, ita quis legitimari possit, de iure  
nostro frustra quæritur.

argt. d. N. 98. c. 11. §. 1. & c. 9. v. si quis ergo. Dn. Vult. 1. I. R. 23.  
n. 7. Cuiac. ad N. 74. Don. com. 21. in fin. Fach. d. lo. v. hactenus. Diß.  
Gail. 2. obs. 142. n. 7.

47. De iure verò feudali ita legitimatos à successione  
feudi a, nisi nominatim legitimatio ad feuda facta fuerit b,  
omnino excludimus.

a Ff. com. ad d. c. 1. §. naturales. si de feud. def. &c. b Idq; in le-  
gitimationis rescripto ab Imp. ipso, vel alio legitimandi potestatem ha-  
bente expressum & cantum sit. D. Borch. d. feud. c. 7. n. 54. H. Pist. 2.  
q. 40. n. 5.

q. 40. n. 5. & seqq. Gail. 2. obs. 142. n. 12. Myns. 5. vbf. 42. n. 5. Clar.  
q. 82. n. 1. De distinctione inter feuda adhuc acquirenda & acquisita  
vide eosdem dd. loc.

48. Despurijs potissimum quæri posset, an statutum pa-  
tris successionem eis deferens, de iure sit validum? Quod  
tam feudali a, quam iure communii b, contra Baldum c, ne-  
gainus d.

a argt. d.c.i. §. naturalis. b l. spurius. l. hac parte. ff. unde cogn.  
Myns. 5. obs. 35. c in l. i. C. de iur. aur. ann. ut refert eum Schn.  
de succ. spur. n. 3. & sequitur spuriorum patronus Palæot. in tr. despur.  
c. 54. d per ea qua tradit Dn. Forst. d. lib. 6. c. 47. Gail. d. loc.  
n. 2. per c. erit lex. dist. 4. & l. 2. 3. de ll. l. 10. §. 1. de iust. & iur.

49. In legitimatis per oblationem curiæ a, quantum ad  
feuda, idem statuimus. Nisi controuertatur de feudo post  
legitimationem factam acquisito b.

a Hi quomodo in allodialibus succedant, & quatenus legitimantur,  
docet D. Borch. de gradib. pag. 193. Dn. Vult. 1. I. R. 23. n. 12. per d.  
N. 89. c. 3. & seqq. iunct. l. 9. pr. & §. sed si quidem. §. seq. C. de nat.  
lib. b plenè Sonsb. de feud. p. 9. n. 66.

50. Naturales tantum, quatenus in allodialibus patri a,  
matri, & per lineam maternam ascendentibus b succedant,  
iuris est indubitati. Sed quid in feudis obtineat quibusdam  
in casibus haut immerito dubitaueris? Nos illos in totum c,  
& quidem à Pfafficis quoq; beneficijs d, repellimus.

a in N. 89. c. 12. auth. licet. C. de nat. lib. D. Borch. de grad. pag. 182.  
b in l. 5. C. ad SC. Orf. u. sin. & §. nouissimè I. d. t. l. Modestius.  
ff. vnd. cogn. add. l. 29. de inoff. test. glos. & Dd. com. in d. l. 5.  
verb. cum legitimis. Couar lib. 4. decret. p. 2. c. 8. §. 4. n. 16. plenè Dn.  
Forst. l. 6. c. 8. 9. 10. ii. & seqq. c d. c. i. §. naturales. Si de feud.  
def. & c. ubi Dd. com. Dn. Forst. 6. de succ. 12. n. 1. & 2. ubi hoc limi-  
tat, si Vasallo pro se & suis filiis natis & nascituris feendum accipienti  
dominus id concederit, scens eum filios naturales habere. arg. l. fi quis.  
16. de test. tut. Vel si legitimatus sit additâ clausulâ potestatinâ de succe-  
dendo in feudis. d per c. cum in cunctis. c. innotuit. ext. de elect.  
c. 1. ext. de fil. præbyt.

Deniq;

51. Deniq; liberi incestuosí atq; adulterini penitus à successione, tām maternā quam paternā remouentur, in tantum, vt iure nostro ne quidem alimenta ijs debeantur *a*: Cuius iuris duritiem ius canonicum ex humanitate mitigasse, cum Dn. præceptore Forstero *b*, contra Palæotum *c*, & alios, non sine ratione credimus.

*a* d. N. 89. c. 15. auth. ex complexu. C. de incest. nupt. §. f. I. quib. mod. nat. eff. sui. plenē Dn. Forst. 6. de succ. 50. ubi hoc limitat, si fœmina vel virginis vis illata fuerit per l. si uxor. 13. §. 7. de adult. l. 1. §. 6. de postul. l. 4. pr. v. neq; si per vim. ff. de mun. & honor. quibus addo l. 20. C. de adult. Diß. Conan. 8. com. ut eum refert D. Borch. de grad. c. de lib. nef. & incest. Schn. I. h. n. 2. *b* d. c. 50. concl. 3. quem sequitur D. Borch. d. loc. quib. add. Couar. d. c. 8. §. 6. n. 8. Schurff. de succ. ab intest. c. 8. limit. 7. gl. in c. Ecclesia S. Mariae 19. de constit. & in c. Clerici. 8. de iudic. *c* in tr. de spur. c. 46. Cuius consult. 2. Gregor. Lopez. in anim. iur. clu. c. 32. quos sequitur Treutl. p. 2. disp. 16. th. 3. lit. G.

52. Nec placet eorum sententia, qui non obstante Iustiniani constitutione rectam lineam concernente, eos transuersalibus, & contrā transuersales illis succedere posse opinantur.

Dn. præcept. Forster. d. c. 50. n. 12. & seqq. Fachin. 6. contr. iur. 10. quos vide & ibid. Diß.

53. Et huc vsq; de ordine primo: ex sequentibus ordinibus etiam quādam, eaq; dubia magis & controuersa, delibabimus. Deficientibus igitur liberis ad successionem iure nostro vocantur parentes, nulla sexus aut patriæ potestatis ratione habitā *a*, primo gradu *b* in capita, ulteriori *c* in stirpes.

*a* olim secus t. t. I. de SC. Tertyl. l. 2. §. obijcitur. ff. eod. l. 2. C. d. t. l. 10. de suis & legit. Quod hodiè per N. 118. c. 2. correctum est.

*b* qui est in patre & matre, qui licet verè succedant pro numero stirpis; tamen simul rectè dicuntur succedere in capita, quia tot sunt capita, quot stirpes. Don. 9. com. 3. *c* ubi parentes ex diuersis stirpibus

C

plures

plures vocantur in pari gradu locati: in diuerso enim proximior ultiorum excludit, representationis iure penitus submoto, d. N. 118. c. 2.  
auth. defuncto C. ad. SC. Tertyl. Paul. 4. sent. 8. l. vlt. C. com. de succ.  
auth. post fratres. C. de legit. hered. Dn. Forst. 7. c. 1. 2. 3. 4. D. Borch.  
c. de succ. asc.

54. Adeò quidem, ut non referat, siue bona ex paternâ, siue maternâ lineâ ad filios peruererint *a*: Licet non desint, qui bonorum distinctionem adhibendam esse putent *b*.

*a* argt. d. N. 118. c. 2. eleganter & acutè Dn. Forst. d. c. 4. n. 12. & seqq. Myns. 6. obs. 55. Conar. de succ. n. 3. Fachin. 6. contr. tur. 4.

*b* Schn. de succ. asc. n. 10. Schur. de succ. ab intest. tit. 10. amp. 1. Nic. de Vbald. de succ. p. 2. n. 4. Bart. in l. post dotem ff. solut. matr. & in auth. itaq<sub>3</sub> C. com. de succ. & l. 3. C. de bon. qu. lib.

55. Nec refert bona aduentitia *a*; an verò castreria, vel quasi, filius fam. habuerit. An idem in prouentitijs? Neg. *b*.

*a* detracto usufructu, qui erat patris §. 1. & seq. I. per quas pers. cui acq.

*b* ista enim cum & proprietate & usufructu patris manserint, excluunt matre, patri ipsius iure peculij cedunt, argt. d. §. 1. & seq.: tam etsi non desint, qui diuersum afferant, per d. N. 118.

56. Cum parentibus etiam fratres vtrinq; iuncti succedunt in capita, eorumq; filij ex persona patris prædefuncti scilicet vnâ cum patruis concurrunt, & quasi representationis iure portionem sui parentis adipiscuntur.

d. N. 118. c. 2. N. 127. c. 1. aut. defuncto C. ad SC. Tertyl. Dn. Forst. 7. de succ. 5. D. Borch. d. tr. d. c. de succ. asc.

57. Quid si soli fratum filij cum parentibus defuncti extent, num à fratribus excludentur? ita putat Cuiac. *a*, à quo certâ ratione adiuti meritò cum Dn. præceptore Forstero *b* diuertimus.

*a* ind. N. 118. in fin. *b* cum Dn. Forst. lib. 7. c. 7. n. 2. & 3. Cyn. de succ. §. uunc in hac. p. 2. n. 5. & 9. in f. quem sequitur Schneid. in ord. succ. n. 29. I. h. t.

58. Quid ergo si fratres vtrinq; iuncti cum auo certent? Eos simul succedere verius.

argt. d.

argt. d. N. 118. c. 2. v. Si vero cum asc. & c. iunct. l. proximus. 92. d.  
V. S. Conar. de succ. ab intest. n. 5. Fachin. 6. contr. iur. 7. ubi vid.  
plures & Diß. ibid.

59. Fratres autem ex uno tantum latere coniunctos &  
etiam consanguineos b , ab ascendentibus excludi contra  
quosdam c dicemus.

a d. N. 118. c. 3. Dn. præceptor Forst. 7. de succ. 6. n. 3. & seqq. Conar.  
de succ. intest. n. 6. v. tertio est notandum. b per d. N. 118. c. 2.  
& 3. d. auth. defuncto C. de SC. Tertyl. Dn. Forster. d. l. 7. c. 8. n. 1.  
Confer eundem in addit. ad tr. de succ. fol. 538. ibi : Questionis est. D.  
Borch. d. c. de succ. asc. Don. 9. com. 3. c quos refert & refellit  
Fachin. 6. contr. iur. 8.

60. Et hactenus gaudent hoc successionis commodo  
parentes, nisi mater, vel etiam pater a , inuitis filijs, ijs-  
demq; fratribus defuncti, secundis se funestauerint nupti-  
is, siquidem eo casu ususfr. duntaxat caussam per successio-  
nem intestati filij consequunrur, proprietate filijs ex pri-  
mo matrimonio susceptis vindicanda b .

a quia eadem est utrobiq; secundarum nuptiarum poena & ratio, N.  
127. c. 1. in f. argt. l. 13. §. f. de ini. rupt. irr. & c. l. 6. C. ad SC. Treb.  
l. 104. de V. O. Pinel. ad l. 4. C. de bon. mat. n. 16. quem vide & ibid.  
Diß. b l. 3. de secund. nupt. N. 22. c. 46. §. si vero expectent. Gail.  
2. obs. 98. per totum.

61. Idque in tantum procedere cum Dn. præceptore  
Forstero a verum arbitramur, vt nec vidua ex voluntate  
mariti ad secunda vota transiens proprietatem retinere  
possit.

a lib. 7. de succ. 13. n. 4. & seqq. ubi diuersas Dd. opin. enumerat,  
qua n. 8. & seqq. perstringit, adde l. 55. de legat. 1. l. si qua. 242. de  
V. S. Coras, 3. Misc. 1. n. 13. Diß. Gail. d. obs. 98. Bald. in rubr. C. de  
sec. nupt. & in l. 1. C. eod. & l. 2. C. de his qua poen. nom. text. in  
N. 22. c. 2.

62. An autem eadem poena obtineat in parentibus tur-  
piter & luxuriosè viuentibus, dubium est? Quod rigore

C 2 iuris

iuris non obstante, æquitas & honestas nos affirmare con-  
gunt.

Dn. præceptor Forst. d. lib. 7. c. 15. n. 1. & seqq. ubi latè hoc in utramq;  
partem disputat, & n. 21. hæsitantibus scrupulum eximit. add. Accurs.  
in auth. eisdem. C. de legit. hered. l. 9. C. de nat. lib. Couar. de succ. n. 13.

63. De iure feudali, sciendum, ab intestato patrem, a-  
uum, aliosq; ascendentibus filio, nepoti, cæterisq; descenden-  
tibus non succedere a.

a idq; de naturâ feudi esse dicitur c. 1. de nat. feud. succ. ubi Aluar.  
Præp. Rauen. Baro. D. Borch. de feud. c. 7. n. 9. & 77. H. Pift. 2. q. 19.  
n. 5. VVes. c. 6. n. 7. Zaf. p. 8. n. 2. Sonsb. p. 9. n. 45. Ardiz. de succ.  
feud. §. ascendentibus. Curt. Iun. p. 3. membr. 42. Myns. 3. obs. 93.

64. Idq; non tantum de feudo antiquo a; sed etiam no-  
uo b, verum statuimus-

a Zaf. & Myns. dd. loc. Ardiz. d. loc. per l. filio, quem 23. l. filius. 28.  
§. 1. ff. d. lib. & post. l. fin. C. de usus fr. b quia in conceßione feudi,  
nisi nominatim agatur, nulli alijs comprehensi censemur, quam accipiens  
& eius descendentes. c. 1. §. f. in quib. caus. feud. amit. d. c. 1. de nat.  
feud. succ. ubi dissentit Princeps & auriga Feudistarum Andr. de Iser.  
quem refutat Curt. d. loc.

65. Illud tamen hanc patitur exceptionem, nisi nomi-  
natim in inuestiturâ hoc actum sit, vt etiam in defectum de-  
scendentium succedant ascendentibus a: vel hoc pacto b in  
manus domini refutauerit Vasallus, vt de eo inuestito filio  
sine herede discedenti succedat ipse c.

a D. Borch. d. loc. Curt. Iun. d. p. 3. n. 43. b Si enim pacto effici  
potest, ut etiam quilibet extraneus succedat, c. 1. de feud. non hab. prop.  
nat. feud. multò magis id de ascendentibus constituetur. Aluar. ad d.  
c. 1. de nat. feud. succ. c D. Borch. & Myns. dd. loc. Ardiz. d.  
§. ascendentibus.

65. Pactum autem illud vel expressum vel tacitum esse  
poteſt a. Ideoq; si feudum aliâs ipsi patri ob eius benemerita  
fuisset dandum, at datum sit filio contemplatione patris,  
idem dicemus b.

a iuxta.

a iux. l. 2. de part. Tacitum non facile inducendum, sed ex magna caussa, puta, si huius concessionis caussa proxima pater fuisset, uti eleganter declarat Curt. d. p. 3. n. 44. b quia videtur pater accepisse prius, ac breui manu filio suo vice concessisse, & ideo hoc pepigisse, ut filio sine descendantibus mortuo, ipse pater habeat. Curt. d. loc. adde D. Borch. d. c. 7. n. 9. Schrad. d. p. 7. c. 6. n. 3.

67. Vnde vltierius quæri potest, vtrum in ijs casibus, in quibus ascendentes in feudis succedunt descendantibus, cum ascendentibus etiam fratres defuncti admittantur? Hoc cum iure feudistico decisum non inueniatur a; ex iure ciuili b litem dirimemus affirmando c.

a teste Schrad. d. p. 7. c. 6. n. 10. & seqq. b disposita enim in alodialibus etiam in feudis locum habent, quoties consuetudines feudales contrarum non disponunt. c. i. pr. de feud. cognit. c per Nou. 118. c. 1.

68. Nec illud dubitatione caret, an pater in feudo filio-fam, acquisito, vsumfructum, perinde atq; in bonis aduentijs consequatur? ita quidem opinantur Interpp. vulgo a, à quorum tamen sententiâ cum præstantissimo Feudistarum Lumine D. Ioan. Borcholten b piæ memoriae, optimo iure recedimus c.

a Bald. in l. 6. C. de bon. quæ lib. Sonsb. d. p. 7. n. 9. Mozz. de natu. feud. n. 49. Curt. Iun. p. 3. memb. 2. n. 46. argt. c. 1. in fin. de feud. cogn. innct. c. 1. an agn. vel fil. & d. l. 6. Huius tamen sententiæ tres adferunt limitationes: nisi feudum sit castrense; nisi concessum sit à principe, vel expreße eo pacto datum, ut eius ususfructus patri non acquireretur, per Nou. 117. c. 1. & auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. b in tr. feud. c. 5. n. 48. quem sequitur Dn. præceptor Vultei. 1. feud. 4. n. 8. ubi pro hac sententia quatuor adducit inuidissima argumenta, adde Schrad. d. p. 7. c. 6. n. 6.

69. Exspirato ascendentium ordine, ex transuerso primùm ad successionem vocantur fratres Germani, qui vel solidi in capita, vel cum his fratribus præmortuorum filij in stirpes quasi succedunt.

Nou. 118. c. 3. §. 1. auth. cessante. C. de legit. hered. auth. itaq; c. com.

C 3 de

de succ. Dn. præceptor Forster. 8. de succ. 1. & 2. Schneid. I. h. t. de  
tert. ord. succ.

70. Illud maximè controuersum est, an fratum filij, si  
soli sint, in capita, an verò in stirpes patruo succedere debe-  
ant? Nos tām iure cæsareo veteri a, nouo b, nouissimo c;  
quām feudalid in capita successionem fieri, contra Accurs. e  
& Sonsb. f tuebimur.

a l. 1. §. fin. ff. si pars hered. pet. l. pen. vers. illo procul dubio l. 2. §. 2.  
de suis & legit. l. fin. vers. illo etiam obseruando. C. de legit. hered. §.  
hoc etiam 4. in f. I. de legit. agn. succ. Vlp. in fragm. t. 26. §. 36. Har-  
men. lib. 5. t. 8. Cuiac. 2. I. 8. §. 6. b Nou. 118. c. 3. vers. sed &  
ipsis, eleg. D. Borch. de feud. d. c. 7. n. 30. Dn. Vult. 1. I. R. 74. n. 15.  
Donel. 9. com. 4. Vand. 1. q. 24. Cuiac. 2. feud. 11. & consult. 4. & ad  
Vlp. d. t. Fachin. 6. q. 3. c Carol. V. Imp. Const. promulgata in  
comitijs Spirens. anno 1529. sub tit. Wie Brüder oder Schwester Kin-  
der etc. quæ planè extat apud Dn. Forster. d. lib. 8. c. 3. eamq; à parlam.  
Gall. receptam testatur Hotom. ill. q. 14. & summo imperij Germanici  
Tribunali validiorem visam, testis est Myns. 3. obs. 84. d D.  
Borch. Myns. dd. loc. Dn. Vultei. 1. feud. 9. n. 111. Schrad. p. 7. c. 7. n. 16.  
Clarus q. 75. n. 2. e in l. lege. & d. auth. cessante. C. de legit. her.  
Cuius sententiam, uti & quiorem pleriq; clariß. Itti sequuntur. f de  
feud. p. 9. n. 100. & seq.

71. Fratribus autem Germanis, eorumq; liberis defici-  
entibus, admittuntur fratres ex altero tantum parente con-  
iuncti, & succedunt in capita, eorumq; prædefunctorum fi-  
lij cum suis patruis in stirpes.

d. Nou. 118. c. 3. vers. his autem. v. unde conseq. v. ex diuerso. Nou.  
84. auth. post fratres C. de legit. her. Dn. Forster. 8. de succ. 4. n. 1. &  
c. 6. & 8. n. 1.

72. Quid autem, si ad defuncti fratris hereditatem con-  
sanguinei cum vterinis concurrant? Illos in bonis pater-  
nis; Hos in maternis: in reliquis verò aliunde quæstis o-  
mnes ex æquo succedere, cum Dn. præceptore Forstro a,  
contra alios b tutabimus.

a lib.

a lib. 8. de succ. c. 8. quem sequitur D. Borch. d. c. 7. n. 31. & in tr. de gradib. c. de succ. transu. Cuiac. in Nou. 84. & consult. 23. gl. approbata in auth. post fratres. verb. filij eorum. C. de legit. hered. adde Don. 9. com. 4. fol. 405. Conar. de succ. intest. n. 13. Schneid. de 3. ord. succ. n. 21. I. b. t. b Andr. Fachin. 6. contr. iur. 5. ubi multos allegat, qui mouentur Nou. 118. c. 3. His adde Alt. 1. I. R. 22. vers. si fratum Goth. ad l. emancipatis 13. §. fin. C. de legit. hered. VVes. in addit. ad Schneid. d. lo. n. 21. confer. Dn. Forster. lib. 7. c. 4. à n. 12. usq; ad n. 20. inclusuè. c per text. in d. l. 13. §. fin. ibi: exceptis.

73. Fratres legitimi tūm demum sibi iuuicem succedunt, si ab ascende[n]te, & in cuius potestatem transeunt, adoptati fuerint a; Quo casu & illos, adhibitā bonorum paternorum & maternorum distinctione, succedere dixerim b.

a l. 10. pr. v. si verò paternalis C. de adopt. l. 23. ff. eod. §. per adopt. I. de legit. agn. succ. Schneid. b. de succ. fratum legit. tantum. b cum Dn. preceptore Forst. d. lib. 8. c. 14. n. 5. argumento deducto à maiori ad minus, ex d. l. 13. §. fin. C. de legit. hered. ubi ex ratione identitatis idem de legitimis dicendum.

74. De iure verò feudistico hoc sigillatim notandum, fratres Germanos & consanguineos ad successionem feudi a pariter admitti b.

a modo feudum paternum siue antiquum sit: in nonis enim regulariter nulla alia successio est, quam descendantium, nulla collateralium; sed Vasallo sine masculo herede defuncto ad dominum renertitur c. 1. si autem de his qui feud. dar. poß. c. 1. de fratr. de nou. benef. inuest. c. 1. de benef. fratr. Nisi aliud per pactum inuestitura sit prouisum, vel iure feudi antiqui concessum. Myns. 4. obs. 48. Gail. 2. obs. 151. & 50. b D. Borch. d. c. 7. n. 79. & 80. H. Pist. 2. q. 43. n. 1. VVes. d. c. 6. n. 16. Sonsb. p. 9. n. 95. Curt. p. 3. membr. vlt. n. 56.

75. Vterini cùm cognationis iure in feudis succedere nequeant a; meritò eos tanquam successionum incapaces excludimus.

a Sicut enim in descendente linea fœmina non succedunt.; ita nec in transuersa ex illis suscepit. c. 1. ibi: ex latere omnes per masculos descenden-

scendentes &c. de nat. succ. feud. c. i. v. his verò deficientibus. de succ.  
fratr. Dn. præceptor Forst. lib. 8. c. 5. n. 1. D. Borch. d. c. 6. n. 78. & seq.  
Zaf. d. p. 8. n. 5. Sonsb. d. p. 9. n. 87. & seq. & p. 4. n. 14. Clarus q. 89. n. 1.

76. Dubium, an etiam transuersales ascendentium, ut  
patruus vel patruus magnus, in feudis succedant? Quod,  
nullis collateralibus descendentium relictis, cum D. Bor-  
cholten a defendere placet.

a in d. c. 7. n. 85. per c. i. in fin. constit. feud. dom. notar. Imp. adde  
Hart. intit. de feud. obs. 17.

77. Vnde nepos ex fratre defuncti patruum, licet pari  
sint gradu, in successione feudi excludit.

arg. auth. post fratres C. de suis & legit. D. Borch. d. lo. Curt. Iun. p. 3.  
membr. vlt. n. 59. Aluarot. in c. i. n. 7. de nat. succ. feud. & in d. c. i.  
constit. feud. dom. Lothar.

78. An autem patruus magnus à pronepote excludatur,  
dubitatur? Affirmat Sonsb. a, Negat D. Borch. b quem  
iure sequimur.

a de feud. p. 9. n. 112. b d. c. 7. n. 85. arg. de auth. post fratres.

79. De eo quoq; ambigi video, an agnatus repudiata  
defuncti Vasalli hereditate feudum retinere possit? Quod  
tām de feudo antiquo a hereditario; quām eo, quod ex pa-  
cto & prouidentia est, cum eminentissimis quibusdam Ger-  
maniae ICtis b, contra Dd. vulgò c, affirmandum censemus.

a Secus si nouum sit, Clarus q. 76. confer supra th. 14. b D. Borch.  
in d. c. 7. n. 94. fol. 442. Myns. 3. obs. 67. Gail. 2. obs. 154. per c. i.  
agnat. vel fil. &c. & hanc sententiam consuetudine in Germania serua-  
ri, testis est Zaf. p. 8. conol. 4. n. 16. & allegati ab H. Pist. 2. q. 2. n. 20.  
& seq. c quos refert H. Pist. d. lo. n. 6. & sequitur n. 10. & seq. Dn.  
Vult. i. feud. 9. n. 114., ubi tām acutè differit, ut tñs de wçjas ratione  
habitā, contrarium etiam vero similiter defendi posse videatur.

go. Denique ad quem vsq; gradum collaterales suc-  
cedant, inter Dd. nondum constat a? Nos eos, dummodo co-  
gnationem probent, ad 10. vsq; gradum inclusuē de iure  
ciuili b; ad 7, vsq; de iure Saxonico c, succedere posse sta-  
tuimus.

a Sunb

a. Sunt qui putant *et* tantum gradus hodie omnem claudi collateralem successionem, tam in agnatis quam cognatis; Quia Imp. imitatus sit in Nou. 118. quam maxime pratores. Sunt qui credunt adhuc durare agnitorum & cogn. differentiam, quam illi ad 10.; hi vero ad 7. usq; gradum admittebantur, quia expressis verbis & in specie haec nullibi abrogatur. Sunt deniq; qui eos in infinitum succedere statuunt, quos sequitur Cuiac. in not. §. f. I. de succ. cogn. ubi VVes. n. 4. & in par. unde legit. n. 8. Pac. b. tit. disp. 11. th. vlt. in fin. Don. 9. com. 4. pag. 408. per Non. 118. c. 3. inf. ibi: omnes deinceps ceteri. l. 2. pr. §. 1. & seq. de suis & legit. iunct. d. Nou. 118. c. 4. §. ceterum. I. de legit. agn. succ. ubi VVes. n. 12. b. per d. N. 118. §. 3. iunct. §. f. I. de succ. cogn. & arg. auth. præterea C. unde vir & vx. Nou. 53. c. 6. Dn. præceptor Forster. lib. 8. c. 9. concl. 5. Dn. Gœdd. ad d. §. fin. I. de succ. cogn. ubi Accurs. & Dd. com. Couar. de succ. intest. n. 17. Gail. 2. obs. 150. n. 1. Schneid. in 3. ord. succ. n. 38. & seqq. c. text. in 3. art. lib. 1. ibi: Die Si pendet sich im fibenden Grad Dn. Forst. d. lo. concl. 6.

81. De iure vero feudali, si feudum recta à primo acquirente ad suos descendentes transmissum sit *a*, collaterales in infinitum succedere defendemus *b*.

*a* Secus, si non per descendentes primi acquirentis; sed immediatè, vel ex pacto ad eius collaterales transitum fecerit: Quo casu successionem 7. gradus finiri credimus cum Interpp. ad c. 1. de nat. succ. feud. *b* cum D. Borch. Myns. Gail. dd. loc. Schenck Baro in c. 1. §. hoc quoq; sciendum. n. 5. de his qui feud. dar. posse. Sonsb. p. 9. n. 84. Zas. p. 8. n. 5. & 33. Diß. H. Pist. 2. q. 19. à n. 29. usq; ad n. 41. Dn. Vultei. 1. feud. 9. n. 105. vers. ut tamen. Duar. c. 11. n. 15. Clar. q. 79. per c. 1. §. hoc quoq; obseruatur de succ. feud. d. c. 1. de nat. succ. feud. c. 1. si Vasal. feud. priu.

82. Absolutis tribus iam successionum ordinibus, succedit quartus, quo nullis cognatorum superstibus, vxor viro, & vir vxori succedit in allodialibus *a*; non feudalibus *b*.

*a* t. t. ff. & C. vnd. vir & ux. Dn. præceptor Forst. 9. de succ. 2. & seq. D. Borch. tr. de grad. c. de succ. coniug. Donel. 9. com. 1. fol. 398. *b* nisi specialiter sint inuestiti, c. 1. an marit. succ. ux. c. 1. iunct. gl. fin. de inuestit. quam Titius. Sonsb. d. p. 9. n. 116.

83. Quin etiam, iure nouo *a*, extantibus communibus

D

alteri-

alteriusūe matrimonij liberis *b*, vxor indotata & inops viro locupleti, si tres sint filij, aut pauciores, in quadrantem; si plures, in virilem portionem succedit: idq; vſufructus tantum iure, si ad secunda vota transferit *c*.

*a* olim l. 12. tab. nulla inter coniuges fuit successio, preterquam quod prator eos ex aequitate admiserit ad bon. poſ. unde vir & vxor. l. 1. C. vnd. vir & vx. Dn. Forst. d. lib. 9. c. 3. n. 1. Schneid. I. b. t. n. 13.

*b* appellatione liberorum etiam nepotes, pronepotes & ceteri descendentes continentur l. 220. l. 84. de V.S. l. 52. de her. inst. l. 16. ad SC. Maced. Dn. Forst. d. lib. 9. c. 4. u. 6. Diſ. Angel. in tr. de testam. verb. nolens intestatus. Col. 11. *c* v. supra th. 60. & seq. quibus adde N. 117. c. 5. auth. si tamen abstineat C. de sec. nupt. auth. præterea. C. vnd. vir & vx. confer Cuiac. ad N. 22. pag. (mihi) 137. Diſ. Don. 9. com. 4. Schneid. d. lo. cessat hæc pena si liberis primi matrimonij consentientibus ad secundas nuptias migrant. arg. c. scienti. de R. I. in 6. iunct. d. N. 22. c. 23. Dn. Forst. lib. 7. c. 13. n. 1. & 2. Geil. 2. obs. 98. n. 19. Coras. 3. Miscel. 1. Si ex voluntate mariti prædefuncti, non item. Dn. Forst. d. lo. n. 4. & seqq. Coras. d. lo. n. 14. Diſ. Geil. d. lo. n. 18. adde Myns. 5. obs. 24. n. 7.

84. An autem hoc beneficium *a* ad maritum inopem etiam extendi possit, ex omni parte nondum expeditum? Extendi posse benignius *b*.

*a* auth. præterea. C. vnd. vir & vx. *b* arg. N. 53. c. 6. in fin. per gl. ad d. auth. præterea. verb. dote. Geil. d. obs. 98. D. Borch. tr. de grad. pag. 248. Diſ. Cuiac. ad d. N. 58. in fin.

85. Quid ergo si pactum dotalitium seu donatio reciproca constante matrimonio interuenerit, ut altero eorum sine liberis mortuo, defuncti bona ad superstitem perueniant? Huiusmodi pacta ex recepta Dd. sententia *a* potius, quam scripti iuris ratione *b*, valere conuincemus.

*a* quam etiam in suprema curia receptam testatur Myns. 2. obs. 33. adde Gail. 2. obs. 126. n. 3. & seq. & obs. 40. n. 7. Tyraq. de iur. primog. 6. n. 24. Latè & eleg. Dauth. tr. de testam. n. 84. & seq. *b* perl. 5. C. de pact. conuent. l. 15. l. 19. C. de pact. D. Borch. in tr. de pact. c. 50. n. 70. & seq. & tr. de grad. pag. 259.

Ad

86. Ad extremum , nullis ex qualibet sanguinis linea ,  
vel iuris titulo heredibus relictis , fiscus tanquam ad bona  
~~āuληρόηντα~~<sup>a</sup>, superioritatis iure , & in vim regalium b , in-  
tra quadriennium tamen agnoscenda c , vocatur.

a Quid si bona in alieno territorio sita sint ? Mobilia , ut & debitus ,  
fiscus ; immobilia territorij istius dominus consequitur . D. Borch. tr. de  
grad. c. de succ. fisc. pag. 253. b c. i. quae sunt regal. ubi D. Borch.  
n. 67. c l. i. & 2. de iur. fisc. l. i. C. de quadr. præscr. l. 6. §. 7. si  
quis om. cau. test. D. Borch. d. loc.

87. Sed hīc in disquisitionem venit , an tali casu spon-  
sus vel sponsa ad imitationem coniugum fisco præferri de-  
beat ? quod omnino affirmandum dixerim .

arg. l. 30. de R. I. iuncta l. i. pro dote . Alex. in l. vn. C. vnd. vir & vx.  
Gail. 2. obs. 80. VVes. consil. 25. n. 6. vol. 1.

88. Sic quoq; nullo ex coniugibus existente , proximus  
succedendi locus consortibus a & patronis relinquitur , quō  
minus ad fiscum defuncti bona perueniant b .

a ut consortes liberalitatis principatis . l. vn. C. si liber . Imp. soc. sine  
hered. deceß. sic Curioni curia succedit l. vn. C. de bon. decur. & plures  
casus vide apud Dn. Vultei. 1. I.R. 64. lit. R. b Schneid. I. h. de  
succ. fisc. n. 18. & seqq.

89. Hodiē in bonis damnatorum a fiscum non nisi à de-  
scendentibus & ascendentibus excludi b , contra Dd. com. c  
concludimus .

a excipe casum l. quisquis ff. ad L. Iul. maiest. vid. Dn. præceptorem  
Forst. lib. 1. c. quib. cas. lib. à succ. pell. cas. 2. b Nou. 134. c. 13.  
c ad auth. bona damnatorum . C. de bon. præscript. quos sequitur  
VVes. in par. ff. de bon. damn.

## PARADOXON.

Hodiē bonorum possessionem vsu suo quō-  
dam conspicuam , non amplius vigere indubi-  
tanter affirmamus .

12


EPIGRAMMA,  
Ad Dn. VICTOREM RENNERTVM, Responden-  
tem amicum carissimum.

**O**ssor ut aërij rimatur viscera montis  
Acutiore pastino:  
Non labor hunc durus, non intentantia mor-  
Pericla mille dimouent, (tem  
Quin, quod terrai rerum natura recondit  
Hiatibus sub intimis,  
Eruat obrizum: sic nec qui plurimus à Dījs  
Virtutis ante semitam  
Ascræo positus canitur dulcissime VICTOR  
Sudore duro frangeris.  
Ardua nam licet & multis obstructa falebris  
Opinionum & deuijs  
Sit via, quâ gemini gressus ad culmina iuris  
Ducantur: omnibus tamen  
Fortiter cuiq[ue] ipsa ad penetralia tendis  
Ardore mentis viuido.  
Ad Phœbi radios, ad serum insomnis oliuum  
Qua Cranius præit viam  
**C**ranius eximiæ vnâ flosq[ue]; decusq[ue]; Themistos,  
Vrgebis hoc si nauiter,  
Magna reis tandem spes præsidiumq[ue]; cluebis  
Et consulenti curiæ.

Jacobus Clamor SS. LL.  
stud. F.

FINIS.





**ULB Halle**  
003 913 791

3



5b,

bD77



# Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	Inches
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	

